



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De illis decimas dare nolunt. cxxxii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

D. BURCHARDI EPIS. VVORMAC.

constituit: quia timendum est, vt quisquis Deo suum debi-  
tum abstrahit, ne fortè Deus per peccatum suum, auferat  
ei necessaria sua.

*De illis qui decimas dare nolunt.*

*Cap. CXXXII.*

*Ex cõcil.  
Cauallõ,  
cap. 18.*

**Q**uasi sunt præterea quidam fratres, quòd essent  
qui episcopi & abbates, qui decimas non sine  
dare ad Ecclesias, vbi illi coloni Missam audiunt.  
Proinde decreuit sacer iste conuētus, vt episcopi & abba-  
tes de agris & vineis, quæ ad suum vel fratrum stipendium  
habent, decimas ad Ecclesias deferri faciant. Familia-  
rò ibi dent decimas suas, vbi infantes eorum baptizantur  
& vbi per totum anni circulum missas audiunt.

*Quòd decimæ ab omnibus Christianis ex debito re-  
posci debeant. Cap. CXXXIII.*

*Ex cõcil.  
Moguti.  
cap. 8.*

**D**ecimas Deo & sacerdotibus Dei dandas, Abrahæ  
factis, Iacob promissis insinuat. Deinde lex statuit,  
omnes doctores sancti commemorant. Et profectò dig-  
erat, vt Israelitæ decimas pecorum, & frugum, & omnia  
pecuniarum domino darent, qui eos liberauerat à X-  
gis, quibus percussit Aegyptios, & in nouissima plaga  
mogenita cunctorum disperdidit, gratiamque suis pro-  
stitit, vt impetratis pecuniis spoliarent Aegyptum. De  
his decimis Augustinus doctor venerabilis dicit: Decimæ  
ex debito requiruntur. Quid si diceret Deus, nempe  
es, o homo, mea est terra quam colis, mea sunt semina que  
spargis, mea animalia quæ fatigas, meus est solis calor  
cùm omnia mea sint, tu qui minus accommodas, solam  
decimam merebaris, sed reseruo tibi nouem, da mihi dec-  
mam. Si nõ dederis mihi decimam, auferam nouem. Si de-  
deris mihi decimam, multiplicabo nouem. Cùm itaque  
daicus populus præceptum decimarum tanta diligenti-  
a seruaret, vt de minimis quibusque holuscis, rura videt  
cet, mēta, & cimino, vt ipse dominus testatur, decimas de-  
ret, cur non maiori studio plebs Euangelica eandem im-  
pleat iussionem? Cui & maior numerus est sacerdotum,  
syncerior cultus sacramentorum? Ideo ergo dandæ sunt  
hac Deus deuotione placatus, largius præstet quæ necesse  
ria sunt, sicut superius ostendimus. Et vt sacerdotes acci-